

## A PÉNDICE PRIMERO

### Cantidad de las penúltimas

1. Los patronímicos en *ades* é *ides*, excepto los en *ides* de *eu*s y *ης*, abrevian la penúltima, como *Aeneades*, *Scipiades*, *Priamides*, *Hectorides*.—Pero *Atrides*, *Pelides*, *Heraclides* (de *Atreus*, *Peleus* y *Hercules*) la alargan.

Los patronímicos en *ais*, *eis* y *ois* comúnmente alargan la penúltima, como *Ptolomais*, *Aeneis*; *Thebaïs* la tiene breve, y *Nereis* común.

2. La mayor parte de los substantivos en *ina* tienen larga la penúltima, como *carina*, *culina*, *farina*, *gallina*, *medicina*, *piscina*, *resina*, *sagina*, *vagina*, etcétera. La tienen breve: *fiscina*, *fuscina*, *femina*, *lamina*, *machina*, *pagina*, *sarcina*, *trutina*.

3. Es larga por lo general la penúltima en los substantivos terminados en *aca*, *ica* y *uca*, como *cloaca*, *formica*, *lectica*, *lorica*, *vesica*, *festuca*, *verruca*, *lactuca*, etc. Es breve en *brassica*, *fabrica*, *pedica*, *mantica*, *pertica*, *scutica*, *tunica*.

4. Tienen breve la penúltima los adjetivos en *acus*, *icus*, *dus*, como *Aegyptiacus*, *aromaticus*, *maledicus*, *cupidus*, *calidus*, *perfidus*, *finitimus*, *legitimus*, etc. La tienen larga: *opacus*, *amicus*, *apricus*, *inimicus*, *mendicus*, *pudicus*, *fidus*, *infidus*, *optimus*, *imus* y *primus*.

5. Los adjetivos en *ulus* abrevian la penúltima, como *bibulus*, *credulus*, *garrulus*, *patulus*, *querulus*.

6. Los adjetivos en *ilis*, derivados de verbo, abrevian la penúltima, como *agilis*, *docilis*, *flebilis*, *nobilis*, etc. Los que se derivan de nombre la tienen larga, como *anilis*, *civilis*, *herilis*, *hostilis*, *puerilis*, *juvenilis*, *virilis*, *venilis*. A éstos se agregan *exilis*, *subtilis*, *Aprilis*, *Quintilis*, *Sextilis*.

7. Los adjetivos en *inus* alargan la penúltima,

como *caninus*, *asininus*, *taurinus*, *equinus*, *matutinus*, *vespertinus*, *festinus*, etc. Los siguientes la abrevian: *cedrinus*, *faginus*, *oleaginus*, *crocinus*, *hyacinthinus*, *adamantinus*, *smaragdinus*, *corallinus*, *cristallinus*, *bombycinus*, *elephantinus*, *crastinus*, *diutinus*, *pristinus*, *serotinus*, *perendinus*.

## APÉNDICE II

### De metrica

METRICA est ars praebens versificandi rationem.  
VERSUS, seu *carmen*, harmonica quaedam et poëtici numeri affectata pedum dispositio.

PES, pars versus certo syllabarum genere, numero atque ordine definita.

### § I.—DE DIVERSIS PEDUM GENERIBUS

#### Duarum syllabarum pedes

*Spondeus* constat ex duabus syllabis longis, ut possunt.  
*Pyrrichius* ex duabus brevibus, ut ruit.  
*Choreus*, sive *trochaeus*, ex longa et brevi, ut annus.  
*Lambus* ex brevi et longa, ut amant.

#### Trium syllabarum pedes

*Molossus* constat ex tribus longis, ut cernebant.  
*Trybrachys* ex tribus brevibus, ut capere.  
*Dactylus* ex longa et duabus brevibus, ut tempora.  
*Anapaestus* ex duabus brevibus et longa, ut capiunt.  
*Bacchius* ex brevi et duabus longis, ut amabant.  
*Antibacchius* ex duabus longis et brevi, ut audisse.  
*Creticus*, sive *amphimacer* ex longa, brevi et longa, ut dicerent.  
*Amphibrachys* ex brevi, longa et brevi, ut amemus.

### Quatuor syllabarum pedes

*Dispondeus* constat ex duobus spondeis, ut *commiscebant*.  
*Procelesmaticus* ex duobus pyrrhichiis, ut *abiete*.  
*Dichoreus* ex duobus choreis, ut *pertinere*.  
*Diambus* ex duobus iambis ut *relinquerent*.  
*Choriambus* ex choreo, et iambo, ut *movilitas*.  
*Antispastus* ex iambo et choreo, ut *retardare*.  
*Ionicus a maiore* ex spondeo et pyrrhichio, ut *decernimus*.  
*Ionicus a minore* ex pyrrhichio et spondeo, ut *cupiebant*.

### Quinque syllabarum pedes

Quinque syllabarum pedes inusitati sunt, praeter *dochimum*, oratoriae compositioni maxime appositorum, constat ex iambo, et cretico, ut *perhorrescerent*.

### § II.—DE CARMINIBUS

#### Hexametro, sive hercico

*Hexametrum* carmen constat sex pedibus, quorum quintus dactylus est, sextus spondeus, reliqui vel dactyli, vel spondei, vel mixti.—Virg., *Aeneid.*, II:

Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Quintus pes nonnumquam *spondeus* est; unde versus *spondiacus* appellatur: quo vel rei alicuius gravitas, et amplitudo, vel ingens moeror, animique angor vel aliud declaratur.—Virg.:

Chara Deum soboles, magnum Jovis incrementum.

#### Pentametrum carmen

*Pentametrum carmen*, quod cum hexametro fere coniungitur, quinque habet pedes: quorum duo primi vel dactyli, vel spondei esse possunt, syllaba longa adiuncta, quae *caesura* vel *semipes* dicitur; duo reli-

qui, perpetuo sunt dactyli, quibus semipes itidem adiungitur, ut ex utroque semipede quintus fiat; vel tertio loco spondeus, deinde duo anapaesti.—Ovid.:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,  
Et subitu casu, quae valuere ruunt.

#### Senarius iambicus, sive trimeter iambicus acatalecticus

*Senarius iambicus* sex pedibus constat, qui cum purus est, et integer, omnibus in locis iambos habet. Horat., *Epod.*, od. II:

Beatus ille qui procul negotiis.

Potest autem primo, tertio, et quinto loco spondeum, et dactylum, et anapaestum accipere: omnibus etiam locis, praeterquam sexto, tribrachym.—Horat.:

Pavidumque leporem, et advenam laqueo gruem.

*Dimetrum iambicum*, quatuor recipit pedes; secundo et quarto loco iambos; primo et tertio iambum, spondeum, dactylum, vel anapaestum. Potest etiam in omnibus, praeter quartum, tribrachym accipere. Subscribitur interdum hic versus eleganter senario iambico.—Martial:

Vir celtiberis non tacende gentibus,  
Nostraequa laus Hispaniae.

#### Scazon, sive choriambus

*Scazon* semper quinto loco habet iambum, sexto vero spondeum: caeteris omnibus cum senario iambico consentit.—Martial:

Extemporalis factus est meus Rhetor.

### Anapaesticum dimetrum acatalecticum

*Anapaesticum* carmen, quo frequenter in choris utitur Seneca, constat quatuor pedibus, qui fere sunt dactili, vel spondei, permixtis anapaestis: ita tamen, ut secundo et quarto loco absit dactylus. Secundus pes dictionem terminet, qui plerumque est spondeus:

Lugeat aether, magnusque parens  
Aetheris alti, tellusque ferax,  
Et vaga Ponti mobilis unda.

### Glyconium

*Glyconium* carmen constat spondeo et duobus dactylis, quo Seneca interdum choros scribit.

Tandem regia nobilis,  
Antiqui genus inachi.

### Asclepiadeum

*Asclepiadeum* carmen constat spondeo, duobus choriambis, et pyrrhichio; vel spondeo, dactylo, adjuncta syllaba longa, deinde duobus dactylis.—*Carm.*, I, Horat.:

Moeenas atavis adite regibus.

### Phaleucum sive hendecasyllabum

*Phaleucum* carmen quinque pedibus constat: spondeo, dactylo, deinde tribus choreis.—Horat.:

Commendo tibi, Quintiane nostros,  
Nostros dicere si tamen libellos  
Possum, quos recitat tuus poëta.

Sunt qui in primo pede nulla lege adstringantur, ut saepe fecit Flaminius, aliquando Catullus.

### Saphicum carmēn

Versus *saphicus* quinque pedes hoc ordine admitit: choreum, spondeum, dactylum, deinde duos choreos: tertio cuique carmini fere nectitur *adonius* qui ex dactylo et spondeo constat.—Horatius:

Integer vitae, scelerisque purus  
Non eget Mauri jaculis nec arcu,  
Nec venenatis grava sagittis,  
Fusce pharetra.

### § III.—DE CARMINUM FIGURIS

#### Synaloepha

*Synaloepha* figura est cum vocalis, aut diphthon-gus praecedentis dictionis a sequenti excipitur, et quodammodo absorbetur. Virgil.:

Conticuere omnes intentique ora, tenebant.

Interdum hanc figuram pro sua licentia omittunt poëtae, maxime cum vocalis est longa, aut diphthon-gus. Virg., *Aeneid.*, I:

Posthabita coluisse Samo: hic illius arma.

Idem *Georg.*, I:

Glauco, et Panopeae et Inoo Melicertae.

*O!* et *Heu!* non eliduntur per synaloepham. Virg., *Aeneid.*:

O pater, o hominum, divumque aeterna potestas!

Stat., *Th.* v:

Heu! ubi sidera vultus.

Fit interdum *synaloepha* in diversis carminibus.  
Virg., *Georg.*, II:

Inseritur vero, ex foetu nucis arbutus horrida,  
Et sterilis platani malos gessere valentes.

### Ecthlipsis

*Ecthlipsis* est, cum *m* litera simul cum vocali praecedenti eliditur propter sequentem vocalem alterius dictionis. Virg., *Aeneid.*, III:

Italiā, Italiā primus conclamat Achates.

Prisci *m* literam cum vocali correpta interdum servabant. Ennius, *Ann.*, X:

Insignita fere tum millia militum octo.

Reperitur etiam *ecthlipsis* in diversis carminibus. Virg.:

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem:  
Et foliis undam tepidi despumat aheni.

Prisci poētae *s* literam passim elidebant; quod si deinde concurrenter vocales, prior a posteriore per *synaloepham* exipiebatur. Enn.:

Doctus, fidelis, homo suavis, iucundus, suoque Contentus, atque beatus, scitus secunda loquens in Tempore, commodus, et verborum vir paucorum.

*Doctu fi, cundu su*, in primo carmine, dactyli sunt; in secundo, ex primo verbo exeritur *s*, deinde fit, si naloepha sic: *content-atque be.*

### Synaeresis

*Synaeresis* quae *episynaloepha* appellatur, est syllaba una ex duabus facta: quod fit, cum duas vocales in unam contrahuntur, ut *alvearia*, *eadem*, *alveo*,

*eosdem, denariis. Virg., IV, Geor.: Seu lento fuerint alvearia, vimine texta.* Idem accedit genitivis *Oilei, Achillei, Ulyssei*; dativis et ablativis *Thereo, Typhoeo*, et similibus, interdum et accusativos *Typhoea*. Sed in eorum contractione, delectu et auctoritate uti necesse est. Omnibus vero uti licet istis: *cui, huic, dii, diis, iis, iisdem, dein, deinde, deinceps, dehinc*, et contractione verbi *dees, deeram, deerit, deerunt, deesse*, et eorum quae ex *semi* componuntur ut *semianimis, semihora*. Huc etiam spectant *anteambulo, antehac, anteire*, et si qua praeter ea sunt.

### Diaeresis, sive dialysis

*Diaeresis* est cum syllaba una in duas dividitur, ut *aurai* pro *aurae*, *silvai* pro *silvae*. Virg., VI, *Aeneid.*: *Aetereum sensum, atque aurai simplicis ignem.*

Aut cum *i* et *v* consonantes mutantur in vocales:

*Plaut.* Hoc agite, stulti spectatores, nunc iam.  
*Ovid.* Ne temere in medis dissolvantur aquis.

*Iam iambus est et dissolu dactylus; mutantur enim consonantes in vocales.*

### Systole

*Systole* est cum syllaba natura longa, aut positione corripitur, sed altera consonante stricta: Virg., VI, *Aeneid.*:

*Ille autem, paribus quas fulgere cernis in armis.*  
*Ovid.* Turpe putas abici, quia sit miserandus, amicum.

*Ubi fulgere longa pro brevi, abici pro abiici ponitur.*

### Ectasis, sive diastole

*Ectasis, sive diastole* est, cum aut syllaba natura brevis simpliciter producitur. Virg., *Aeneid.*:

Italiā facto profugus, Lavinaque venit.

Aut cum eadem consona geminatur. Virg., Aeneid.:

Relligione patrum multos servata per annos.

Aut cum *i* et *u* vocales in consonantes transeunt.—  
Virg., Aeneid., XI: *Adversi longa transverberat abiete pectus.*—Aeneid., V: *Genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus.*

*Abiete* et *genua la* dactyli sunt, mutantur enim vocales in consonantes, quemadmodum consonantes per diaeresim in vocales mutari diximus. Sunt autem, qui existiment procelesmaticos illos esse pedes.

#### De Caesura

Pedes in versu, maxime heroico, ita collocari debent et colligari, ut mutuo complexu alii ex aliis pendeant, neque singuli e singulis verbis constant, quo nihil est deformius et insuavius. Simile est illud: *Romae moenia, terruit impiger Hannibal armis.* Quanto illa pulchriora et suaviora, ubi verba ipsa ad pedum structuram conciduntur.

Virg. Tunc victu revocant vires: fusique per herbam.  
Ecl., V. Semper hon's, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Syllaba quae ex dictione caeditur, nec post quamvis pedem relinquitur, vulgo *caesura* dicitur: cuius tanta vis est, ut beneficio eius brevis syllaba producatur. Est enim quodam in ipsa divisione verborum latens tempus, nam dum moramur, atque ad alia transimus, intervallum unum, spatiumque lucramur. Virg.:

Omnia vincit amor, et nos cedamus amori.

Anapaestici versus optimi putantur, si pedes singuli e singulis fiant verbis.

Sen. Tertia misit buccina signum.  
Idem. Nondum serae nuntius horae.

#### De Metaplasmo

*Metaplasmus* dicitur, cum verborum vetus, et usitata forma necessitate metri, vel ordinandi poematis causa, a poëtis in novam figuram, faciemque sermonis mutatur, vel additione, vel detractione, vel permutatione, vel translatione literarum. Sunt autem metaplasmi aliquot species.

*Prothesis* vocatur litera, vel syllaba principio dictioonis addita, ut *gnatus* pro *natus*; *tetulisse* pro *tulisse*.

*Epenthesis* est, cum medio dictioonis litera aut syllaba interiicitur, ut *relligio* pro *religio*; *mavors* pro *mars*; *navita* pro *nauta*, etc.

*Paragoge*, seu *proparalepsis* dicitur, cum extremae syllabae aliquid adiungitur, ut *deludier* pro *deludi*; *admittier* pro *admitti*.

*Aphaeresis* est, cum litera vel syllaba principio dictioonis substrahitur, ut *ruo* pro *eruo*.

*Syncope* est, cum litera vel syllaba e medio dictioonis substrahitur, ut *gubernacio* pro *governaculo*; *periclis* pro *periculis*.

*Apocope* in fine dictioonis aliquid detrahit, ut *tuguri* pro *tugurii*; *oti* pro *otii*.

*Tmesis* est, cum dictio dividitur, interposita altera dictione integra, ut *circum Dea fudit*, pro *Dea circumfudit*; *Septem subiecta trioni*, pro *subiecta Septentrioni*.

*Antithesis* est literae commutatio, ut *illi* pro *illi*.

*Metathesis* est literarum ordo immutatus, ut *timbre* pro *timber*.